Termini Judiciales cellebrati feria secunda post Dominicam Rogationum proxima Anno Domini 1611

Inter Gorayski et Trczinsky Appellatio.

Decta

Proposuit Judicialiter coram Judicio praesenti Castrensi Capitaneali Lublinensi Actorea pars infrascripta, contra citatam infranominatam, ex copia citationis suae tenoris eiusmodi:

Joannes Firley a Dambrovicza Capitaneus Lublinensis etc. Tibi Generoso Petro Gorayski, de bonis tuis generaliter omnibus, Mandamus Vigore Regio et nostra Capitaneali qua in hac parte fungimur authoritate, ut coram Judicio nostro Castrensi Capitaneali Lublinensi in Terminis Judicialibus Castrensibus Capitanealibus Lublinensibus feria secunda post Dominicam Rogationum proxime ventura in Castro Lublinensi cellebrandis, peremptorie ac peremptorie compareas. Ad instantiam Instigatoris Judicij nostri tum et dellatoris Generosi Jacobi Trczinsky, filij Magnifici Laurentij Trczinsky Castellani Raven. Qui te citat secundo post obtentam poenam contumaciae, prout te in eandem in proxime praeteritis Terminis Judicialibus condemnavit Judicialiter, ex admissione Judicij, iuxta primam citationem, qua te citaverat et nunc citat pro eo. Quia tu tempore nuper praeterito videlicet feria quarta post festum Sancti Martini Pontificis in Anno Millesimo Sexcentesimo Decimo hora fermè quarta noctis unà cum complice tuo Generoso Nicolao Sieninsky (cum quo specialis iure prosequitur actio) immisisti, famulis haidonibus ac subditis Oppidi Teinow ac Villarum Karow et Podupcze, molendinum in fundo Villae Karow sortis Actoris haereditariae iacens et consistens proprium et haereditarium igne supposito, imprimis tum rebus certis nempe retibus vulgo Drgubicze ac instrumentis ad molendinum pertinentibus recepit ac pro te usurpatis, nec non frumenta varij generis emensurata, ibique in eodem molendino in cista existentia excussisti et conflagrasti, in cineresque redegisti. Molendinatoremque Laboriosum Andream eiusque Actoris proprium vulnere livido in pectus affecisti, ac Sexaginta Marcas pecuniae polonicalis cista confracta per eosdem immissos haidones recepisti. Citaris itaque ad decernendum super te poenas legum iuxta demeritum tuum, et prout id tibi termino in futuro latius deducetur et declarabitur sis praemissa Judicialiter attentaturus et responsurus. Datum in Castro Lublinensi feria secunda post Dominicam Conductus Paschae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Undecimo.

Et post propositionem suam modo praemisso factam deducto parti citatae de termino legitimo tum contentis citationis suae verificatis petijt partem citatam ad respondendum compelli.

Et plenipotens citati ante omnia iure omnibus beneficijs eius suo principali tam contra forum,

guam

quam con incompeten actiom, ac alia quaevis sibi reseruat et petiit, ut sibi Actor de fone citonis praesen doceat: Caetera iur beneficia sibi salua ad futura pcustodien.
Plenipotens aut Actor partis, non esse necessariam relonem Mnialis, qui citonem pnten posuit, Judio pnti declarauit, siquin ipsi citato ad notitiam deuenit, qui p terno per suum plentem comparet, et cum Actore iure experiri vult. Caeteris iur beneficijs saluis.
At Judium pns Caple Castren Lublinen, controuerijs partium, Actor per Nobilem Alexandrum Wiączkowsky, citatae vero per Nobilem Stanislau Przynski, plenipotentes suos, coram se factis, bene diligenterq exauditis et intellectis, adinuenit, teneri Actorem docere de terno pnti, saluis impugnationibus con forum citato reseruatis.
Quam sententiam et decretum pns pars actor pro iure non suscepit, nec in eo acquiescere voluit, verum ab eo et cum eo ad Magnificum Joannem Firley à Dambrowicza Capneum Lublinen, ad Judia Ordinaria Gnalia Tribls Regni Lublinen pre celebran, per Mnialem Gnalem Regni Prouidum Albertum Jaroszowsky mouit seu appellauit, Ternum ipsi sententiae expurgan, sibi vero et parti motionis, et cae suae prosequen, inter caas Pallatus Lublinen pfigendo.
Quam motiom pfatus Magnus Capneus Lublinen, pdictae parti actori admisit, Terminum partibus modo pmisso inter causas Pallatus Lublinen conseruando.

Inter Zdanowsky et Glusky
Appellatio.

Proposuit Judlr coram pnti Capli Castren Lublinen Judio pars infrascpta Actor con infraciatum citatum, iux citationem suam tenoris talis:
Joannes Firley à Dambrowicza Capneus Lublinen etc. Tibi Nobili Paulo Glusky in Villa Leszczik ad pns degenti et moranti, tanq impossonato quoniam de possone tua nullibi constat als Golotsa et Odardo, de persona tua bonisq mobus et summis pecunijs in quantum eas alicubi habes Regio et Officij nri vigore, mandamus, quatenus coram nobis seu Judio nro Capli Castren Lublinen in Terminis nris Judialibus Caplibus Castren Lublinen, feria secunda post Dominicam Rogationum proxime ventura in Castro Lublinensi celebran, aut tunc dum prius et pximius post pfatum tempus praefixum eiusmodi Termini Judiales in eodem Castro Lublinen celebrabuntur: Ad instam Instigatoris nri Capnealis Castren Lublinen, tum et eius delloris Gnosi Stanislai Zdanowsky personali

ac